

## Band II., Nr. 365, Seite 119-120

*Papst Hadrian (IV.) nimmt die Kirche des hl. Stephan in Konstanz mit Gütern und Rechten an genannten Orten in seinen Schutz und erlässt verschiedene andere Bestimmungen zu ihren Gunsten.*

Lateran, 1158. Januar 29.<sup>1</sup>

Adrianus episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio suo Folcnando, preposito ecclesie beati Stephani que in civitate Constantiensi sita est, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris canonicam vitam professis in perpetuum. Effectum iusta postulantibus indulgere, et vigor equitatis et ordo exigit rationis, presertim quando petentium voluntates et pietas adiuvat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Curtes ac domos claustrales canonicorum, quarum una iuxta capellam beati Georgii martyris proxime sita est, ceteræ in circuitu monasterii. Decimas Winfeldin. Eminshouen unam. Curtes quoque in pago Lienzegöwe, duas videlicet in villa Lenstetin, et tres in eadem mansos, molendinum unum, scupozas quatuor; in Lvipretisruti curtem unam cum dimidio manso; in villa Ödiltigen<sup>2</sup> duos mansos; in Menzilshusin scupozam unam; Hergersöwe<sup>3</sup> curtem unam; in villa Rothwilo curtem unam cum duobus molendinis. Villam Altinshusin, et quoddam allodium in villa Leingewillare, et alia predia, que in civitate Constantiensi habetis, unde vobis census persolvi debent. Quicquid iuris habetis in villa in pago Turgöwe sita, scilicet Hartpretiswillare, que cum omni iure, videlicet

<sup>1</sup>Das Indiktionsjahr VII, das Inkarnationsjahr 1158 nach dem damals in der päpstl. Kanzlei vorwaltenden calculus Florentinus sowie das Ortsdatum Laterani passen zu 1159, in welches PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 10539 die Urkunde setzt, nur das Regierungsjahr 6 entspricht dem Jahr 1158.

<sup>2</sup>Ober- und Unteruhldingen.

<sup>3</sup>Unermittelt.

## II

agris, pascuis, silvis, ad eandem spectant ecclesiam, sive in curtibus, scilicet Salmasa et quinque scupozis et novalibus in eadem villa; Leingewillare curtem unam et predium cuiusdam matrone Gerdrudis cum duobus scupozis; Stadelhouen curtem unam cum dimidio manso, nec non et mansos in villa Buch duos; in villa Turstorf<sup>4</sup> unum; Anninhusin unum; Appishusen unum; Nunewillare unum et agros quosdam ad ipsum pertinentes; Gunthirshouen<sup>5</sup> unum. Sepulturam quoque illius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic deliberaverint sepeliri, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat. Statuimus etiam, ut nullus ibidem nisi ex canonicis sacerdos plebanus substituatur. Ceterum quia facultates iam dicte ecclesie non magne dicuntur existere, eam numero novem canonicorum et uno preposito tantum decernimus esse contentam, nisi divina gratia eiusdem ecclesie opes ad plurimum sufficientiam augmentaverit. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci preposito, vel quolibet tuorum successorum, nullus ibidem qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars sanioris consilii, secundum dei timorem, canonicè providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva tamen in omnibus sedis apostolicę auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si quis ergo in futurum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes vel advocatus, iudex aut persona quelibet magna vel parva, secularis vel ecclesiastica hanc nostre constitutionis paginam sciens sacratissimo corpore ac contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove conmonita nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et hic fructum bonę actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.<br><br> (*Rundzeichen.*)<sup>a</sup> Ego Adrianus, catholicę ecclesie episcopus, subscripsi. (*Monogramm für Bene valete.*)<br><br> Ego Gregorius, Sabiniensis episcopus, subscripsi. Ego Hubaldus, Hostiensis episcopus, sub-

---

<sup>a</sup>Mit der Umschrift *Oculi mei semper ad dominum*. Die Kreuzzeichen vor den der päpstlichen in gewöhnlicher Ordnung folgenden Unterschriften fehlen in der Abschrift.

<sup>4</sup>Jetzt Schönenberg, Kradolf-Schönenberg, Kt. Thurgau, Schweiz.

<sup>5</sup>Guntershofen, Weinfeld, Kt. Thurgau, Schweiz, nicht Guntershausen.

### III

scripsi. Ego Bernhardus, Portuensis et sanctę Ruffinę episcopus, subscripsi. Ego Hubaldus, presbyter cardinalis tituli sanctę crucis in Ierusalem, subscripsi. Ego Octavianus, presbyter cardinalis tituli sanctę Cecilie, subscripsi. Ego Astaldus, presbyter cardinalis tituli sanctę Prisce, subscripsi. Ego Henricus, presbyter cardinalis tituli sanctorum Nerei et Achillei, subscripsi. Ego Ildebrandus, presbyter cardinalis basilicę XII apostolorum, subscripsi. Ego Oddo, diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum, subscripsi. Ego Iacinctus, diaconus cardinalis sanctę Marię in Cosmodin, subscripsi. Ego Odo, diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano, subscripsi. Ego Ardicio, diaconus cardinalis sancti Teodori, subscripsi. <br> <br> Datum Laterani per manum Rolandi, sanctę Romanę ecclesię presbyteri cardinalis et cancellarii, III. kalendas Februarii, indictione VII., incarnationis dominicę anno MCLVIII., pontificatus vero domni Adriani pape anno III.

—

Nach einer gleichzeitigen Abschrift im GLA Karlsruhe.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

GLA Karlsruhe

### Signatur/Titel des Originals:

B 26

### Überlieferung und Textkritik:

gleichzeitige Abschr.

### Editionen:

TRUDBERT NEUGART (HRSG.) : Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis, 2 Bde., Ulm 1791-95, Bd. 2, Nr. 868, S. 91 (nach einer neueren Abschrift). Dümgé: Regesta Badensia, S. 48 (Auszug, ebenfalls nach der hier zu Grunde gelegten Quelle). Thurgauisches Urkundenbuch, bearb. von Johannes Meyer, Friedrich Schaltegger und Ernst Leisi, hrsg. Auf Beschluss und Veranstaltung des Thurgauischen Historischen Vereins, 8 Bde., Frauenfeld 1924-67, Bd. 2, S. 171, Nr. 44.

### Regesten:

Württembergische Geschichtsquellen 1 (1887) - 4 (1891); 2. Serie 1 (1894) - 25 (1956), Bd. 3, S. 2, Nr. 7. PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 10539 (zu Januar 1159). Germania pontificia, Bd. 2,1, S. 143, Nr. 1.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Lateran

### Ortsindex:

Altishausen, Kemmental, Kt. Thurgau, Schweiz<br> Ammenhausen, Herdern, Kt. Thurgau, Schweiz<br> Buch, Egnach, Kt. Thurgau, Schweiz<br>

Emmishofen, Kreuzlingen, Kt. Thurgau, Schweiz<br>
 Eppishusen, Erlen, Kt. Thurgau, Schweiz<br>
 Guntershausen bei Berg, Berg, Kt. Thurgau, Schweiz<br>
 Guntershofen, Weinfelden, Kt. Thurgau, Schweiz<br>
 Hergersovwe<br>
 Jerusalem, Israel<br>
 Konstanz Wohnplatz (14442)<br>
 Konstanz, KN<br>
 Lengwil, Kt. Thurgau, Schweiz<br>
 Leustetten Wohnplatz (17838)<br>
 Leustetten, Frickingen, FN<br>
 Linzgau<br>
 Lippertsreute Wohnplatz (18426)<br>
 Lippertsreute, Überlingen, FN<br>
 Mendlishausen Wohnplatz (18247)<br>
 Mendlishausen, Salem, FN<br>
 Neuwilen, Kemmental, Kt. Thurgau, Schweiz<br>
 Oberuhldingen Wohnplatz (18462)<br>
 Oberuhldingen, Uhldingen-Mühlhofen, FN<br>
 Ostia, Latium, Italien<br>
 Porto, Latium, Italien<br>
 Rom, Latium, Italien<br>
 Rottweil Wohnplatz (12416)<br>
 Rottweil, RW<br>
 Sabina<br>
 Salmsach, Kt. Thurgau, Schweiz<br>
 Schönenberg, Kradolf-Schönenberg, Kt. Thurgau, Schweiz<br>
 Stadelhofen Aufgegangen (34612)<br>
 Stadelhofen, aufge. in Konstanz KN<br>
 Thurgau<br>
 Unteruhldingen Wohnplatz (18465)<br>
 Unteruhldingen, Uhldingen-Mühlhofen, FN<br>
 Weinfelden, Kt. Thurgau, Schweiz